IOAN: ALEXANDRI GORCZYN.

GERMANIA ANTIQVA

sive,

GERMEN IANI

Contra impietatem Chami productum.

Cracoviae,
Anno MDCLIII



Sancte Deus Sancte fortis Sancte et immortalis miserere nobis

SERENISSIMO ac INVICTISSIMO
PRINCIPI & DOMIMO
DOMINO

IOANNI CASMIRO
DEI GRATIA

REGI POLONIÆ
MAGNO DVCI LITVANIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE MASOVIAE SAMOGITIAE LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, CZERNICHOVIÆ, &c.
Nec non
SVECORVM GOTTORVM VANDALORVM, HAEREDITARIO REGI;
junctæ Coniuratæq; Tartarorum & Rebellium Russorum Potentiæ
FORTISSIMO FELICISSIMO DOMITORI

IMmmensa præter cœteras, scio, quod aliis subit cura, vt quæ SERENISSIMO TIBi, & in excelsissimo humani generis fastigio dicantur, TE digna sint. Diis lacte rustici & mola tantum salsa litarunt, nec vllo datum vitio est. Et temeritati meæ haud equidem accessit hoc; quod in leuiori chartarum serie, TIBi offero lucubrationem. Naturæ & in paruis atq; nullis, inextricabilis perfectio. Fidem ne de præsenti libres, sed â mente infusa excipientem, datorisq; claritatem & beneficivm Auctoris producentem, benignè refoue;

Pa ruulo concessum est; & fides penes eos quos sequor. De origine gentis sollicitanti, obvenit IANVS I. TE regnante IANO, Ille Causa meri pacis (Berosus Chaldæus inquit)

per gentem Rozseunam, TV Cas-mir Rozseunorum adaptatus, fore cœlum præuidit, vt in summum discrimen ira fatorum adductam Rempublicam, seruanda Tibi offerretur.

Et fatum est ait Boetius, dispositio inhærens rebus mobilibus, per eam prouidentia diuina suis quæq; nectit ordinibus. Num nè ab Effato Domini quod compactum desuper erat, vt Ipse Hieroglifico confitearis, IAN KAZE-MIR Pokoiu ingermine Ianigenûm Rozseunûm & propagabit sacram Religionem, contra impiètatem Chami, quodq; compactum est â Iano duobus clauibus, Vox omnium est, Tuo Nominis etymone reserasti?

Regnante CAZmiro I. non ne per B. Vincentium Kadlubkonem & Saxo Grammaticum Vislaui, Iani soboles antiquissimi & primi producuntur? Laonicus Chalcocondila a CAzmiro per gentem Ionum Polonorum totius orbis antiquissimam, depressum Chamum prædicit. Quis Regum Magnus nisi CAzmir?

IANVM Olbracht præcessit M. Miechouiensis â Iavan ION & IAN Polonicum deducens, hunc ergo fatalem sibi mox a Chamo nati (teste Cromero) sensere. TE ipso profitente cum iam reclusum est compactum Tuo Nomine, & mihi minimo non acquisita scientia concessum, ut TE verissime IAPETI Ceraunii prolis Solium regere propallo, recte ergo succedit quod IAPTO es Ceruone.

Magnus in nouissimis es, Dominus ergo quod compegit desuper, assumpsit Te vt promissio adimpleatur.

Si quid autem in proposito rude & inexpolitum est, Patriæ inamoratum Amór vt Crœsi filium ex muto loquentem effecit, nociuum nec potest esse cum hostes Patriæ confundo, antiquissima veritate. Clemens ergo subdito IAVNE KAZ MIR,

Ioan: Alexandro Gorczyn

GERMANIÆ ANTIQVAE SITVS ET ORIGO

HISTORIA Vniuersalis, ait Diod. Sicul: lib:1. homines vniuersos mutua cognatione inter se deuinctos, sed locorum & temporum interuallo distantes ad vnius communitatem ordinis redigit. Cum ex omnibus beatitudo compleatur, Historiæ certe vt auctori virtutum palma vindicanda est. Et si quis totius mundi, vt vnius ciuitatis acta memoriæ tradita, ducto ab antiquissimo temporibus exordia vsque ad suæ ætatis memoriam in literas pro virili referre conatus fuerit, laboris certè plurimum sustinuerit, sed opus interim vtilissimum concinnarit. Felix (vt Poeta ait) qui potuit rerum cognoscere causas. Quapropter argumentum vtilissimum fore viderer, originem EVROPÆ terestris globi celebriorem portionem, nobilitate & frequentia incolarum, & ob præclara facinora magnificentissimam, quę vt Gerard Mer. habet, Orbis Domitorũ genitrix, Mater tot Regum, tot Principum Christo militantium, teste Plinio, Altrix victoris omnium gentium populi & longè terrarum pulherrimà est, Strabo lib:2 ad pacem & bellum sufficientissima sibi, describere. Et maxime ab instituto huic necessaria duxi, inspicientes dissertationem probatissimam, germanorum nationes, hoc est, in primordiali seculo à confratribus coortæ ciuitates, ac regna, communem assensum amplectantur, recolligere labium ad concentum primæuum & animi efficient, aurei seculi mores ac similem conuictum.

Sic enim Plinius lib:7 cap:57 effectum proponit, Gentiũ gium tacitus consensus primum conspirauit, vt sonum litteris v-

terentur. Flau. Iosepho Ionij à Iano. Beroso, Ianus dictus est Noa. Ea ætate (ait Fab: Pictor) Principes quia iusti erant & re habiti Dii. Plin. lib: 7 cap: 2 Tot verò gentium sermones, tot linguæ, tanta loquendi varietas, effecit, vt externus alieno penè non sit hominis vice.

Siquidem cæteri abhorrent Ionûm labii successores excelli, valeat tandem recollectio Germanitatis Europæorum, sic facilè Iani mandatum vel potius institutum Noebi adimplebunt, Genes: 9 Dilatet Dominus Iapet in tabarnaculis Sem, & Cham sit seruvs eius.

Berosus Antiq lib: I explicat. Ianus Pater quum comperisset Chamum corrumpentem iuuentutem, filios suos nouissimos cum illorum posteritate (videlicet ex Iapet & Samo progenitos) miserat, coaluerunt q; in gentem atq; posteritatem maximam quam nostra ætate IAnigenam vocant, cognominant & Rozsievnam, id est, propagatricem, incubamq; contra impietatem Chami.

ASSERTIO I

Certvm est ex probationibus Gerardi Mercatoris, & aliorum Evropam Iapeti & Semi portionem esse. Tac: lib: de mo. Evropæ ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeq; aliarũ gentium adventitiis & hospitiis mixtos, quia nec terra olim, sed classibus aduehebantur qui mutare sedes quærebant. Quis porro præter periculum ignoti maris, Asiâ, aut Africâ, aut Italia relictâ, Germaniam peteret, informem terris, asperam cælo tristem cultv aspectvq;, nisi si patria sit. Strab: lib: 7 Et ideo Romani hoc illis nomen iure indidisse mihi videntur, perindè ac eos fratres legitimos eloqui voluerunt. Legitimi namq; fratres Romano sermone, germani intelligvntvr, lib: 4 superiosibus

ribus tempori bus qualesfuerint, ex German orum atque duran sibus consuetudinibus intelligimus, nam & naturâ & vitæ institutis, gentes hæ similes sunt & cognatæ inter se, confinem habitantes regionem. Ex præcedentibus testimoniis palam est quod germanorum vocabulum confraternitatem tantum designat, & non gentem aliquam specialem.

Hoc idem Tacitus intelligi vult, nam addit, Germaniæ recens vocabulum & nuper additum, quoniam celebrant carminibus antiquis, quod vnum apud illos memoriæ & annaliũ genus est, Tvisconem Deum conditoremq; Berosus, Ianus Pater, qui Noa, Regem Sarmatiæ Tvisconem fecit, â Tanai fluvio ad Rhenum. Sic ante vocabulum recens & nuper additum populi germanorum: appellarentur Sarmatæ Tviscones.

Primos inter tot genera germanorum assignant authores Plin: lib. 4 cap. 13 incipit inde (id est â Sevo monte) clarior aperiri fama, ab gente Ingevonvm, quæ est prima inde germaniæ Solin: cap 32 Mons Sevo initium germaniæ facit. Hunc Ingevones tenent, â quibus primum nomen germanicum consurgit Beroso Ingeuones sunt Tviscones. Et adinvento vocabulo primevæ germaniæ, hanc situ verisimam comprobare interest.

ASSERTIO II

Situs Ingevo-Tviscoũ ex citatis authoribus colligitur ad Sevvm montem, de internis eius partibus (inquit Solinus) Vistula, Guttalus, & Albis præcipitantur in Oceanum cap. 32 ubi de germanicis insulis Scandinavia dat Succinum Plin: lib. 4 cap. 13. Eô situ traditur insula Baltia, Pytiae Basilia, cap: 12. Basilidę Sarmatæ ad Vistulam fluvium, lib. 6. cap 7 Sarmatę sunt Serbi. Eginartus in vita Car. Magi Serbi sunt Sclavi, germaniæ natio.

Antiquitatem Slavorum (qui ratione Vi-sclæ Iornan-

do

do in lib: de Get. SCLxvi) facilè diiudicandum est, ad ripas Visl. à testimoniis Plinii, & aliorum, sed perplexitate scribentium inuoluta, vix â hæredibus dignosci possit, interest igitur nosse lectorem, quod Græci per B, vt Amm: Marcel. lib: 22. legit, scripsere, quia in antiquissimo alphabeto, teste Plinio in lib 7. cap. 57 v per b exprimebatur, cvm sic Visnla est Bisula & ad Bisulam Plinio. Basilei, qui Svecinvm colligunt, iure igitur, apud Dio: Siculum lib: 5 (quem Evseb. Cęsarien: sequitur) in locis Sarmatiæ, ubi, alias nusquam in orbe terrarum se exhibens, Svccinum colligitur, lib: 3. Basilea nata, soror Iovis.

Herodot' lib. 4 Iovis progenuit Scytas qui Sarmatice solecisant Plin. lib. 4 cap. 12. Et Scytarum nomen transit in Sarmatas germanos. Iovis (ait Diod: Sic. lib 4. & 5) Saturni Iapeti filius, dictus est Zena à viuendo (quod Græce ZEV dicitur Viuo)eò quod bene viuendi auctor hominbus fuisset simili uocabulo & nunc Italorum genus Ziovem nominat.

IOVis vt Diod. habet, Satvrni fratris Iapeti filius, Basileę frater, n epos Vrani, qui & Cœlum. Ex interpretatione Berosi Chaldei, Cœlum dictus est Noa qui genuit Iapetum Herodoto lib. 2. Cœlum est Iovis. lib 4. Iouis progenuit Arpoxaum, Arpaxus à Beroso dicitur filius Semi, fratris Iapeti, à documentis sequitur vera assertio, quod Moysis Gen: 9. per Iavan illum Iapeti & Arpaxat germanum, quem gentiles Iouē dixere, no minauit.

Fatetur S. Hieronim: in prœmio lib: Paralip: Nomina Patriarcharum, tam in Latinis quam Graecis codicibus, Sarmatica nomina arbitrandum sit. Lacon: Chalcocondila lib: de Tur: 2 Sarmatæ sunt Poloni ad Vistulam, rotius orbis antiquissimi Angel Rocha in Bibliot: Vatic. ab hac cæteræ sunt ortæ. Iornand, lib. Get. Viscle amnis accolae Gepidæ (ego assero

quod

Iapeti debent esse, nam Straboni lib: 5. Iapotes Vendi. Plinio lib: 3. cap:20. Iapidæ Veneti, & Vinidi Veneti ipso Iornando Gepidæ) patres sunt Getarum Sarmatarum. B, Vincenti: Kadlvbko, & Mat:de Miechovv, â Iavan filio Iapeti, ad Vistulam Sarmatæ Slavi. Ioan: Dlvgos: â Vistulanis Sarmatis qui Poloni processerunt Latini, & qui Latium habitant. Beroso Sarmates est de semine Semi qui â Moyse Gen: 9. A sarmot nominatur Stan: Sarnicki ab hoc Sarmatarum nomen producit. Per Getes hoc idem Stan: Lubinski & Pavl: Piasecki ac Ioan: Strykoviū Martin: Cromer: & alii sentiunt, cum nobiliorem ortum exprimi volunt Semianos nomiuantur, & iidem Tacito ac Ivl: Cæsar: Semnones vetustissimi nobilissimiq; centum pagis habitantes. (vt nunc primores Regni Zemanie) â Ptolomæo describuntur ad Vistulam. Nec igitur linguæ alterius germani primi fuerunt, quam ij vt nunc sunt ad fontes & ostia Visulæ, vbi hucvsq; montes Zevec, vnde fontes Visulæ, Odræ & hic Guttalum designat vt Dlugossius probat, ac Albis profluunt, progenitoris sui Iovis alias Seva, vnde & Sevo mons, & â Iano uel Ivano Iangkovi, aliis uero germanis, ingenæ indigenæ, cetæris in-gevvoner eum appellantur, possident, & â sorore eius Visla, quæ nomine suo exprimit apud Berosum Iani linguæ uocabulum eum de montibus Gordyeis descendit, quod Ianigenæ egressorium (a Vyndę Vysla, Visula, nam & Noa Etruscis Vandi-mons, Mirsilo lib: de bel Pelasg. Vindi-mons est) vocant,

ASSERTIO III

VT egressus primꝰ Noebi de montibus post diluvium in Evropa inter Vinidarum & Vislæ nationes appareat, sic procedo, Berosvs habet, Noa in montibus Gordyis requieuit cum

Area & filiis. Plin. lib: 5. cap. 32. Sunt Autores, transisse ex Europa Mysos dicunt; caputq; quondam eorũ Gordium, lib. 5. cap. 30. Mysi antiquitus Teutraniam tenuere. lib. 3. cap. 26. Teutria appellatur Mesia, in ea Mesi. l ib: 4. cap. 11. unde Messa, ne pluribus agam omitto aliorum testimònia, Geneseorum avtoritate contentus, cap: 9. A Messa pergentibus vsq3, Sephar montem orientalem, habitatio filiorum Semi, (id est) Asarmot, vides lector quod uersus orientem procedebant, Mes & Asarmot, Semianie, videlicet vt cap: 8, est, vbi Noe egresus exercebat terram, & plantàuit Vinetam, Plinio lib. 4. Veneti ad Vistulam Sarmatæ, cap. 11. Mesi. lib: 6. cap: 7 Sarmatæ Vali cap: 11. Vali per montes Gordios. Collige, nonne apud Iornandem ad lacum Misianum Slaui, Teutris montibus vt Gerard: merc: ad tab. Polniæ habet: incolæ, qui & vindi àntiquitus, vbi Virgil: Æneid: lib: 3. canit: gentis cunabula nostræ.

Maximus unde pater: Hinc mater Cibele.

Diod: Sicul. lib 5. Cibele est Basilea, quæ nata est ad Eridanũ, vbi succinum a fluctîbus expuitur, alias nusquam in orbe visum, ibidem Plin: lib. 4. & 57. meminit venetorum sarmatarum. & Strabo lib. 4. addit, a quibus ego reor colonias in Adria missas & Vèneti sunt Tusci àc Vmbri. Pln. lib. 3 qui diluuio interfuerant. Ombrones vide apud Ptolom. ad Visulam. qui Herodoto lib. 4. Vmbrici supra Albim & Carpim fluuios, Ptolomeo Carpis natio ad Carpatum montem Sarmatiæ, vnde Tibiscus profluit, verte b in u & habes Tiviscones.

ASSERTIO IV

VIsula preterfluit (inquit Amm. Marcel. lib. 22.) Arimaspos Plinio lib. 6 arimaspi antiquis Aramei Saci. Beroso, Zaci aramei svnt Armeni, & eorum montes Gordii, ab his dissemina-

tum est omne genus hominum. Diod. siculus lib. 2 Arimaspi & Saci: ac aliæ plurimæ gentes originem ducunt a Sarmatis, qui primi ad Araxim fluuium consederant. Archilochus libro de tempo. cuius fidem sequitur Herodotus, ad Araxim saluatum a diluvio quendam tradit Moses antiquissimus Historicorum. Moyses Gen. 8 in montibus Ararat (ut versio Hebraica legit, sic & Isaias Armeniam vocat, a gentilibus in Armeni a Araxis, sic Armenia in vulgata Araxis) Arca Noe requieuit. Araxis (ait Pomp. Mela lib. 3 cap. 5.) ex Cerauniis montibus descendit Tauri latere demissus campos Armeniæ secat, Plin lib 5 Taurus in vniuersum dictus est Ceraunius, & Acro-Ceraunius. Horat. Oda 3 carm Iapeti genus primum Acro Ceraunia vidit Flau. Ioseph, lib. antiq. 1 cap. 11. a Tauro monte (iuxta Pliniũ Ceraunius) Iapeti filii habitauerunt regionem in Europa, vsque in Asiam. Mela lib. 3 cap 3 Montium altissimi Taurus Europæ amnes clarissimi Albis & Visula, paludum Mesia Sarmatarũ lib 2 cap 1 vbi hominum primi arimaspi, qui (dico sensu Herodoti) Vnoculi (rectius Vynicli) dicuntur. Et sat lucide apperet ex probationibus, quod ibidem Germania ubi antiquis Har-menia, â hor-moznyck.

ASSERTIO V

Cum exprimere satago quam verisimilius propositum de Germaniæ nominis origine, in immensum accrescentes autoritates legenti interrumpunt memoriæ capacitatem, tu itaq; consule, adcitatam lege & perficies, Hinc occurit nobis ex Ptolom: lib. 2 & 3. probationis modus. Montes Sarmatici propriè dicti sunt A-Noboe, & idem cum Alpibus nomen habentes qui Germaniam cingunt, svnt & alii Sarmatiæ montes Carpatus vbi Carpis albis fluuii, ac Vistula. & gentes Venedæ. Herodotus lib. 4 & 5. Scytia vetus est, quam perfluunt

flu

fluuii, Noes, Ister, Carpis, & alpis. Strabo lib,4 alpis prioribus seculis albis, vnde & Albi-ingauni, (Solino ad albis fontes Ingeuones) lib.7 & ex albio monte per IaPotes Noarus qui Istrum illabitur, quorum est Vendum lib. 8 Venetorum Pahlagonię albis Ionia, & Samik arcis munimen, quę prius Samos appellabatur ciuitas propter altitudinem, cum Samos cacumina vocitarent lib 10 Samus uero antiquior rerum Troianafum. Beroso, Samus est Noebi filius Viniter & Ianigena dictus ad albam, in Ianigenum ad albim regione, vt citati probant, per Iapotes & Samii germanos primos. & Noes Patr em uniuer sorum; unde a nomine eius a-Nobę montes.

Probo; Berosus habet, Ianigenę qui Armenii & aramei (iuxta Plnium arimaspi vt Marcl: Visulani) Cœlum dixere Noam Diodorus: Cœlum genuit Iapetum & Basileam ubi succinum. Plinio, Basilidæ Vistulani Sarmatæ. Ergo Sarmatice Cœlnosci Nœba, nomen Noebi.

De origine nominis Nœbi Gen: 8. est scriptum: Lamec-h genuit filium; uocauitq; nomen eius Noe: dicens. Iste consolabitur nos a laboribus manuum nostrarum: Requies uerissima per Christum, qui cœlos aperuit vt S. Stepans vidit. Luc. 3 ut putabatur filius Noe. S. Hieronimus nomen Sarmaticum tam in Græcis quam in Latinis codicibus, ergo NOE significat Nœbo, sequitur quod a-nobœ Sarmatarum montes a Nœbo, cuius filiorum germani, (videlicet Mes mezovu, Cethim cechos, Elisha Leshouu; Dodan Deudones) ibidem nati propagarunt,

Germaniæ vero cum recens vocabulum est, iure igitur antiquis Hor-mania. incolarum vero labio eandem significationem habens. idem enim est cum dixeris: Horna & Gormna regio. IOsephus antiq: lib: i asserit vniuersas regiones Elysyorum

syorum, Riphatorum gentes in Evropa, dicti svnt Mosci Mogni & Mohni, ostendens intelligere volenti, quod aliquando omnes gentes regionis ipsius Iapeti ita uocatæ sunt. Tacit: In Europa Ingevones Elisyi antiquitus Manni. Diod: lib. 5 Mene antea erat dicta regio, vbi succinum fluctibus expuitur. Strab. lib. 8 Mene antea nunc Messembria. Plin: lib: 4 Messembria antea Messa, Mesi Beroso sunt vt & Moysi Gen: 10 Sarmatæ sic nomina â moge Sarmatico derivantur, quod sonat cœteris germanis magnum & mochtig populum, Hæc eadem regio editior omnibus terris, ut cuncta flumina ibi nata (ait Trogus



Pomp: & ad oculum habes in tabella) in meotida decurrant. & inde Scytia. Diodorus, & Plinius, Scytæ sunt Sarmatæ, Ergo Sarmaticum Scyt, Latinis scutum, & Nemetis Schůte nomen Scytiæ dedit, Tartari nusquam niualcs montes videunt

runt, nisi in Sarmatia, nec ergo scytæ possunt dici, sed Scytorum Partace vt Iustin, lib: 37 habet. Ratione itaq; quod editior omnium terra sit mohna, sic verissime Germaniam interpretaueris â Gor mohna. Licet autores ab germine Iani producunt, nil impedit propositioni, eadem est significatio Sarmatis, cum Grono vel Gmin alias Gromadnia Iana proferunt. Et conclusiue amplectere â Grom iana. Ratio conclusionis, Quia Ianus Chaldęo teste gentem â suo nomine Ianigenam, ad ex-germinationem (quod Deudonibus graue est) impudicitiæ Chami, vnde Iouis qui Sarmatas progenuit, contra Titanes in Tartaro (vt Pindarus habet) ad exgerminationem mali pingebatur gronitans. Iure igitur seruum impudicvm iuxta moysen Gen: 10 Iapet Pana non decet nisi gronnitu excipere

ASSERTIO VI.

VT assertio probabilior fiat, supleo per gentem â Riphat procedentium. Ios: Riphat progenuit Riphaces in Evropa qui terris quas apprehendere potuerunt in asia propter honorẽ filiorum Iapeti nomina imposuerunt homines. Æschilus & apollonius in 4 argonau:

Istri Fontes enim supra ventum Boream.
Riphæis in montibus procul murmvrant.

Amm: Marcel: lib: 22 Vbi deficiunt Riphęi montes, Visul præterfluit. Athæneus lib: 4 & 6 Quæ antiquitus Riphea postea Olbia dicta sunt, nunc autem alpia: & Strabo lib: 4 similiter tradit. Ptolom: lib: 2 Alpes proprie sunt montes Sarmatici. Stephan: in vocabvlo Hiber: Sub Alpibus omnes incolentes Hiber borei appellantur. Ptol: Hiberborei Sarmatæ qui & H.Buri Borœi ad Vistulam Plin: lib: 4 Nec licet dubitare de gentę ea cum tot autores prodant, vsq; Delon hi & in pro-

simia

ximis accolarum finibus sacra instituere, & multis celebrati mi raculis. ad Carpis & alpis fluuios Vmbricos Herodoto si interpretaueris, apud Ptolomeum ad Carpatum montem Carpos, & ad albim ac Vistulam Ombrones. Plinio lib: 3 Ombri sunt Vmbri, qui inundationi terrarum superfuissent. Quos si Venetos esse concedis, Venetorum Phaetontea (dicit Cato) origo Plutarchus in Pir: qui diluuio interfuit Diod. lib: 5 Post diluuium possedit regionem ab Basileam insulam, vbi fluctibus succinum expuitur. Plin: ab Basileam Sarmatę Veneti. qui Poloni Cromer: Ergo z Scytu mogne gromy lana in Asiam Vysli

Si eosdem Vmbros (vt Strabo & Cato) Tuscos videri vellis, hi â Tusso (vt etruscę antiq: Ingira mii fol: 22 tradunt) Scyta, Berosus addit, e regione ad Tanaim. Plin: lib: 6 ad Tanaim Sarmatæ Tussa-getæ. Dlugos: & Mercator, ac alii per Tissam, intelligunt Tibiscum. Lege b more antiquo per v, & habes Tuistonem Tacito, conditorem primæ Germaniæ, a c Tuscorum qui Ptolomeo ad Ceraunios montes sunt, & Valli Serbi, sic Tusci Plinio a sacrifico ritu dicti, in Cerauniis mon: tibus qui Tatri, Vallornm & Serborum lingua Ti-Viesci, & hi cœteris germanis, hi Vates, thi Veise. Recte ergo dixit Pliniu non licet dubitare de gente Sarmatarum, ipsi aliis Vatidicā instituere. Veritatem ut fatear, & Sarmatarum nomen hoc idem significat, nam T . uisc Csar-matac, est Curiæ uatum menti tor primus. deducens opus a matre Tellure uxore Noebi conceptum. Certum porro est quod ab euentu Patriarchæ iusti. & immunes ab idolatria, filiis nomina imponebant, vt exemplis probatur Lamech & Phaleg. Phaleg enim significat per phalanges (Sarmatis Pulgk. Deudonibus Pholck) diuisas gentes: & de a-sarmot hoc intelligendum est. Nec miror quod Csarii in

scuram

ſcuram, id eſt Sauros & viperam tranſit ,nam Viedmy(v
de & locus ut Mercator aſſerit ad Iſtrum, ab Iſtro qui Bero
Iſtan)ad Csar matanie iascuris vtebantur. Conſiderandum e
nunc,cur Delon tancum vsq3,autores uiti aſſe idolatria dicu
Philo explicat antiq: lib: Vbi non conſenſerunt ad idolatria
Iſtani, dictus eſt locus Deli. Solin, cap. 17 Deli primum C
gygi (Beroso Ogyg Noa)temporibus poſt diluuium ,ante o
nes terras Sole illuminata. Omitto lubens quæ per Delia
ſubsequuntur enucleanda, hoc tantum notare, Homerus O
13 Ogygiam inſnlam proximam regioni Solis, ab VLiſſ c
gnitam dicit, Diod. lib 5 Rei autem ueritas eſt, poſt diluui
Sol (Sale aliis Helle)primus regionem Mene fæcundauit
suceinum, Tac: Succino. proximum eſt Aſciburgum ab V
conditum Ptol. Aſcib urgii montes Sarmatici ſic Phil. Deli
conflagratione, Vhr Chaldævm, Vghar Chaladhich, apud
rosum Paloua, Solino cap. 18 Ognia prePal, regionrem
nota: Arpoxi Hillei Herodoto sarmatæ, Arphati & nunc
mianie Salaui, Herbovi, Pulgkovi Deliis vtvntur Mez
pellantur, ratione autem Idolatriæ cœptæ, su b Aſarmoti
tate, sarmatæ nominantur, o ſtendenets istelligere volenti l
gitimos ſe ſucceſſores, in tabernaculis Sem Iani Rozsevnich

Conceptum iudicamini ex libro Venetiis anno Do
1591. excuſſo de Rozſievnis. & in vaticiniis Abbatis
chimi: in Reuelationibus S. Brigitæ: Ven. Bedæ & Vatic
Tyrcarum.

Vobis nihil optabilius eſſe quam Iame Vnigeniti SE
Raz Wiare amplexi: fideliter coſeruari slavicie, vnde Vislav
Mognego eſtis præſtite igitur argumentum nominum Chriſti
anitati votis, quod Sc e sanctæ Romanæ Religioni
IANVS conſtituit Vos.